



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendium Qvæstionvm Regvlarivm R. admodum P.  
Emanuelis Roderici Lusitani, S. T. Lectoris Prou. S. Iacobi  
Reg. Obseru. Ordin. Mino. Diffinitoris**

**Rodrigues, Manuel**

**Lvgdvni, 1621**

Matrimonium.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41743**

266 MATRIMONIUM.

vsu librum, aut quaternum surripere, etiamsi Episcopus sit, ipso facto incurrit excommunicationem Papalem. *tom. 2. q. 129. art. 1.*

*Clemens VIII.* prout testatur Reuerendissimus Pater Franciscus à Sosa totius Ordinis Minorum Generalis, reuocauit constitutionem *Sixti V.* qua statuit pœnam excommunicationis Papalis, & priuationis omnium officiorum, necnon vocis actiuæ & passiuæ cōtra Guardianos ante susceptum officium, non facientes diligens inuentarium omnium librorum Bibliothecæ; & contra quoscumque Fratres quouis prætextu, ex ipsa Bibliotheca libros extrahentes, sed tantum eos ligari voluit, qui in fraudem Bibliothecæ aliquid surripiunt. *ibid.*

MAIORATVS.

*Vide Hereditas, Monasterium, Monachus.*

MATRIMONIUM.

*Vide Legatum, Nouitius, Professor, Votum.*

**R**egularis matrimonium contrahens, tamquam suspectus de *heresi*

hæresi ab Inquisitoribus fidei pun-  
nitur. *tom. 3. q. 1. art. 1.*

Iam de iure nullum est matri-  
monium à professio vel professa ta-  
cité aut expressè contractum : est  
enim hic proprius solennitatis vo-  
torum effectus; vnde olim erat vali-  
dum, quando votum Regulare sim-  
plex tantum censebatur. *art. 2.*

Matrimonium ratum & non con-  
summatum, per solemnem profes-  
sionem dirimitur, etiam quoad vin-  
culum, ex *Concil. Trident.* Et hoc  
non tantum iure Pontificio, sed &  
quasi naturali, vel etiam (vt ait  
*Scotus, & D. Bonavent.*) diuino; cum  
status perfectior, vbi nulla interce-  
dit iniuria tertij, iure minùs di-  
gnum auferat. *art. 4.*

Potest summus Pontifex in voto  
solemni continentia dispensare,  
cum ipsa solennitas sit ab Ecclesia:  
sic tamen vt professus virtute huius  
dispensationis contrahens non am-  
plius remaneat verus Religiosus.  
*art. 5.*

Vota Societatis etsi simplicia, &  
conditionata ex parte recipientis,  
cum propriè Religiosum efficiant,

## 268 MENDICITAS.

*ex declarat. Greg. XIII. dirimunt etiam Matrimonium. art. 6.*

Et idem dicendum de professione castitatis emissa in Ordine sancti Ioannis de Malta ; non autem in aliis Ordinibus militaribus, quorum professores conjugalem dumtaxat castitatem vouent, unde solum Clericorum professio, non aliorum, Matrimonium dirimit. *art. 7.*

Regulares absque licentia Parochi Matrimonium solemnizantes, excommunicantur, à solo Papa absoluedi. *quæst. 2. art. 1.*

## MENDICITAS.

*Vide Communicatio privilegiorum, Fratres Minores, Pestis.*

**L**icet peregrinari mendicando causa maioris humilitatis & patientiæ, etiam non facta bonorum renunciatione, multò magis ea facta. *rom. 3. quæst. 3. art. 1.*

Nullò præcepto tenetur quis laborare manibus, nisi ut vitet otium vitiosum, & sine vlla tertij iniuria cum suis viuat. *ibid.*

Mendicitas Fratrum Minorum,  
Et Præ